

in filio: Idest semper diuinitas omnipotens atq;
maiestas; Talis ergo qualis est d[omi]n[u]s sua videtur imagine;
Unde oportet ut imaginem eius tam credas qualis est
d[omi]n[u]s; Nam si imaginem derahast ei utiq; cuius imago est vi
debitur esse derahactu; Si minore imagine credas mi
nor d[omi]n[u]s apparet in imagine; Qualem enim aestima
ueris imaginem talis tibi videbitur is cuius inuisi
bilis est imago; Dixit enim imago quime videt videt
& patrem; Et qualem aestimaueris eum cuius ima
ginem esse & filium credis talis tibi necessario filius
aestimandus est; Unde quia increatus pater incre
atus & filius; quia non minor pater non minor
filius; quia omnipotens pater omnipotens & filius;
Dictum est igitur & ita si usurpent quod non legunt
ut ingenui dicant eo verbo tamen nihil impe
dire; quominus unius naturae atque substantiae
xpm cum patre esse credamus; Quod si unius naturae
utique unius potentiae; Quia idem locus haut di
flictor est ad resellenda studia perfidorum; Quo
modo enim negant omnipotentem xpm quod scriptum
est qui uolunt usurpare quod non docent scriptum.